Sabbatho proximo in vigilia festi Conceptionis B. V. Mariae
ex correspondentia ... repositum

Kierznowski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Ravensen. personaliter comparens Nobilis Lucas olim Benedicti Kierznowski de Kierznowo haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino Kierznowski filio suo legitimo et ejus successoribus Bonorum suorum paternorum Mobilium et immobilium in haereditate Kierznowo consistentium vero in sorte Przeslowszczyzna Totam et integram sortem se post Parentes suos iure Naturali successionis spectantem et concernentem in Areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis ... cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis censibus commoditatibus ex eadem sorte quovis modo provenientibus Nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario Nihil sibi excipiendo sed prout se praefata sors in suis metis et limitibus habet et extenditur pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Intromittendo illum ex nunc in dictam Sortem modo quo supra resignatam cum Actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos facilius sibi conducere poterit. officio acceptando admittendo. Hac sua personali recognitione in omnibus mediante.

Zyczko cum Woytkowski Intercisam Cassant.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Ravensen. personaliter comparentes Generosus Petrus Zyczko in Mien et Kalinowiec parte ab una et Nobilis Stanislaus Woytkowski partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet Ipsorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi intercisam certam Inter se de data die Decima Octobris anno praesenti confectam Vadio Quinque Millium florenorum Polonicalium coram Actis praesentibus roboratam ob praestitam sufficientem satisfactionem cassant et annihilant perpetuis temporibus.

Woytkowski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Ravensen. personaliter comparens Generosus Petrus Zyczko olim Nicolai filius in Mien Kalinowiec haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generoso Stanislao Woytkowski genero suo Respectu residentiae dotis post Generosam Elizabeth Zyczkowna filiam suam consortem ejus concessae Septingentorum florenorum Polonicalium debiti certi veri et liquidi tenetur ac debere et pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae

proxi

proxime futuro parata pecunia persoluere realiter et effective dare
et restituere aut circa Acta officij praesentis reponere et relinquere
repositamque et relictam rursus ad se non recipere Nec modo quovis
arrestare aut effidembere se de Omnibus bonis suis Mobilibus
et immobilibus Successoresque suos de eisd. bonis onerando submit-
tit et inscribit sub Vadio simile aliorum Septingentorum florenorum
Polon. in defectu solutionis tempore praefixo ad soluendum ire
missibili succumbendo ... et Coram officio praesenti Castren. Bransken.
in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac reali et effe-
ctiua satisfactione Omnibus Controuersijs exceptionibus allega-
tionibus euasionibus dilationibus quibusuis Motionibus appella-
tionibus ac earum prosequutionibus alijsque in Vniuersum iuris
remedijs et defensis legalibus impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores sibi abscribendo et abrenunci-
ando. Sub amissione suae earumque succumbentia litis et integrae causae.

Zyczkowna Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Bransken. personaliter comparens
Generosus Stanislaus Wyszkowski olim Mathiae filius in Wyszkowice
antiqua residens sanus mente et corpore existens palam publice ac
libere recognouit. Quia Generosae Helizabeth Zyczkowna Generosi
Petri Zyczko filiae conthorali suae charissimae et ipsius legitime succedentibus
Respectu dotis post eam acceptae et in bona sua importatae in O-
mnibus generaliter et singulis in specie bonis suis Mobilibus et
immobilibus in haereditate Wyszkowice antiqua districtu Drohicien.
et alibi Vbiuis locorum consistentibus haereditarijs obligatorijs pater-
nis Maternis quibusuis summisque pecuniarijs se quolibet iuris
titulo concernentibus nunc habitis et in post fauente Diuina clementia
habendis et acquirendis, eorundemque bonorum iuribus praedijs areis
hortis agris pratis campis syluis borris rubetis subditis et gratis
Omnibus attinentiis attinentibus summam Duorum Millium florenorum numeri
et Monetae Polon. modo certi veri et liquidi debiti ad primam eius
suae ipsius succumbent. requisitionem soluendam inscribit et assecurat sub Vadio
simile aliorum Duorum Millium florenorum Polon. in casu ad primam
eius suae ipsius succumbent. requisitionem non solutionis ad soluendum suc-
cumbendo Pro quo quidem Vadio ac summa essentiale suprascriptus

recognoscens